Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

detractus quas ipse affixerat. misit rex assyriorum thartan &
rapsacen de lachis adregem ezechiam. cum manu ualida ierlin.
Qui cum ascendissent uenerunt in ierlin. & steterunt contra aque
ductum piscine superioris. quae est in uia agri fullonis. uoca
uerunt ad se regem. Egressus est autem ad eos eliachim filius elchie
praepositus domus & sobna scriba & iobe filius asaph acomen
tarius. dixerunt ad eos rapsaces. Loquimini ezechie. Haec die rex
magnus rex assyriorum & cetera quae in historia continen
tur; in quo arrogantia consideranda rapsacis. quod uelut
quedam contraria fortitudo imitatur consuetudinem prophetarum.
ut quod illi solent in prologis ponere. hec die dns quo auctoritatem
& magnitudinem loquentis ostendant. iste nec dixerit hec
die rex magnus rex assyriorum. Egressus est autem ad eum heliachim
filius helchie qui erat praepositus domus & sobnas
scriba & iobe filius asaph acomentarius. Iste est heliachim
filius helchie. de quo in uisione uallis syon superlegimus.
Vocabo seruum meum heliachim filium helchie. & induam illum
tunica tua & cingulo tuo confortabo eum & potestatem tuam
dabo in manu eius. & erit quasi pater habitantium in ierlin
& domui iuda & cetera. Haec autem dicunt ad sobnam qui an
te eum praepositus templi fuit. de quo in eadem scriptum est in uisione.
Vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad sobnam
praepositum templi. quem traditum hebrei rapsacis comminatio
ne pretritum tradidisse manus assyrius. & inferiorem partem
ierlin aduersarius perdidisse. excepta quoque arce syon & tem
plo. nihil aliud remansisse quod non tenuerit assyrius. Unde
errant qui sobnam qui nunc cum heliachim & iobe ad rapsacen
egreditur. eundem putant quem & supra. Ibi enim sobnas
praepositus templi ponitur. qui a assyrius dicitur esse capien